



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum humani actus gubernentur mediantibus corporibus cælestibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVÆS. V. DE PROVIDENTIA, CART. X.

rum corporum non recipiuntur in medijs orbi-  
bus, ut alterentur sicut hæc inferiora.

¶ Ad xviii. dicendum, quod hæc inferiora gubernan-  
tūr a diuina prouidentia per superiora corpo-  
ra: non ita quod diuina prouidentia illis corpori-  
bus cōmunicetur: sed quia efficiuntur diuinae pro-  
videntiae instrumenta: sicut ars non communica-  
tur martello, qui est instrumentum artis.

ARTICULUS X.

Vtrum humani actus a diuina prouidentia gubernentur  
medijs corporibus cœlestibus.

2. p. q. 32. art.  
2. t. 3. Et q.  
2. 15. art. 4.  
1. i. 2. ortho.  
fidei, ca. 7. a  
medio.

D E C I M O Q U A R T U R , vtrum humani actus gu-  
bernentur a diuina prouidentia medianibus  
corporibus cœlestibus. Et videtur quod sic: dicit  
enim Damasc. quod corpora cœlestia constituunt  
in nobis habitus & complexiones, & dispositio-  
nes: sed habitus & dispositiones pertinent ad intel-  
lectum & voluntatem, que sunt principia horum  
actuum. ergo humani actus medianibus corpori-  
bus cœlestibus disponuntur a Deo.

¶ 2 Præt. Dicitur in sex principijs, quod anima con-  
iuncta corpori complexione corporis imitatur:  
sed corpora cœlestia impriment in complexio-  
ne humani corporis. ergo & in ipsam animam,  
& ira possunt esse causa humanorum actuum.

¶ 3 Præt. Omne illud quod agit in prius, agit in  
posteriori: sed essentia animæ est prius quam eius  
potentia, scilicet voluntas & intellectus, cum ex  
essentia animæ oriuntur. Cum igitur corpora cœ-  
lestia impriment in ipsam essentiam animæ ratio-  
nalis, impriment enim in eam secundum quod est  
corporis actus, quod ei per essentiam suam conuenit,  
videtur quod corpora cœlestia impriment in  
intellectum & voluntatem, & sic sunt principia  
horum actuum.

¶ 4 Præt. Instrumentum non solum agit in virtute  
propria, sed etiam in virtute principalis agentis:  
sed corpus cœli cum sit mouens motum, est instru-  
mentum spiritualium substantiarum mouentium, & motus  
eius non solum est actus corporis moti: sed actus  
spiritus mouentis. ergo motus eius non solum agit  
in virtute corporis moti: sed etiam in virtute spiri-  
tus mouentis: sed sicut corpus illud cœleste præ-  
minent humano corpori, ita spiritus ille præminent  
spiritui humano. ergo sicut motus ille imprimit in  
corpus humanum, ita imprimit in animam huma-  
nam: & ita videtur quod corpora cœlestia sint prin-  
cipia horum actuum.

¶ 5 Præt. Experimentali inveniuntur aliquos hoës  
a sua nativitate esse dispositos ad discenda vel exer-  
cenda aliqua artificia, quidam ad hoc quod sint fabri,  
quidam quod sint medici, & sic de alijs: nec hoc  
potest reduci, sicut in cœm, in principia proximi agentis:  
qua qnq; nativitatem dispositi ad quædā, ad  
quæ parēt nō inclinabantur. ergo oportet quod  
hæc diuersitas dispositionum reducatur, sicut in  
cœm, in corpora cœlestia, nec potest dici quod hmoi  
dispositiones sint in animabus, medianibus prop-  
rijs corporibus: quia ad huiusmodi inclinationes  
nihil operantur corporeæ qualitates, sicut operan-  
tur ad irā & gaudium, & huiusmodi animæ passio-  
nes. ergo corpora cœlestia immediate, & directe  
in animas humanas impriment: & ita humani actus  
medianibus corporibus cœlestibus disponuntur.

¶ 6 Præt. In humanis actibus isti videtur ceteris pre-  
eminent. regnare, regere bella, & hmoi: sed sicut  
dicit Isaac i. li. 1. de Definitionib⁹, Deus fecit regna-

F re orbem super regna, & bella, ergo multo fortius  
alij. humani actus, medianibus corporibus cœlesti  
bus disponuntur.

¶ 8 Præt. Facilius est trāsformare partē quā tou-  
fed ex virtute corporū cœlestiū quādoq; mouetur  
tota multitudo vnius provinciæ ad bellandum, vi  
Philosophi dicunt, ergo multo fortius virtute cor-  
porū cœlestiū cōmoveat aliquis homo particularis.

SED CONTRA est, qd dicit Dam. in 2. lib. Nottro-  
rum actuum nequam fuit causa corpora  
cœlestia: nos enim liberi arbitrij a conditore facti illi-  
mus, domini nostrorum existimus actum.

¶ 2 Præt. Ad hoc etiam est, qd Augu. determinat  
in 5. de ciuita. Dei. & in fine super Gene. ad litteras  
& quod Greg. determinat in Homilia Epiphani.

R E S P O N S U M . Dicendum, quod ad hujus questionis  
veritatem oportet scire, qui dicuntur actus huma-  
ni, dicuntur enim illi proprii actus humani, quoniam  
ipse homo est dominus: est autem homo domi-  
nus suorum actuum per voluntatem, leu per liberis  
arbitrium, vnde circa actus voluntatis, & libera-  
bitrij ista quæstio versatur, actus enim aliqui sunt  
homine non subiacentes imperio voluntaris, sicut  
actus nutritiæ, & generatiæ potentie, & immo-  
atus eodem modo subiacent virtutibus cœlesti-  
bus, sicut & alij corporales actus. De aliis he-  
manis vero prædictis fuit error multiplex, quidam  
enim posuerunt actus humanos ad diuinam prou-  
identiam nō pertinere, nec reduci in aliquam casu-  
ni in prouidentiam nostram, & huius positione  
videtur suile Tullius, vt dicit Augustinus de Genit. de  
Dei. Sed istud non potest esse. volumas. c. lib. mo-  
uens motu, vt in 3. de anima probatur, vnde ope-  
rat eius actum reducere in aliquod primum pos-  
sum, qd est mouens nō motum. & ideo quoniam  
omnes actus voluntatis reduceruntur in corpora  
cœlestia, ponentes sensum, & intellectum id est in no-  
bis, & per consequens omnes virtutes animæ corpo-  
rales esse, & ita actionibus corporū cœlestiū ibidem  
sed hanc positionem Philoso. detrinit in 3. de anima  
ostendens qd intellectus est vis immaterialis, &  
actio eius nō est corporalis: sed sicut dicitur in 1.  
de animalibus, quorum principiorum actiones si-  
sunt corpore, ipsa principia sunt sine corpore, vla  
non pot est, qd actiones intellectus, & voluntatis  
per se loquendo in aliqua principia materialia re-  
cantur. & ideo Auic. ponit in sua Metaphys. qd sicut ho-  
mo compositus est ex anima, & corpori, ita & cor-  
pus cœleste, & sicut actiones corporis humani, &  
motus reducuntur in corpora cœlestia: ita actiones  
animæ oēs reducuntur in alias cœlestes, sicut in prin-  
cipia: ita qd omnis voluntas, que est in nobis, causat  
a voluntate animæ cœlestis, & istud pot est conve-  
niens em opiniōnem suam, quam habet de fini  
minis, quem ponit esse in coniunctione anime hu-  
mana ad animam cœlestem, vel ad intelligentiam, cum  
enim perfectio voluntatis sit finis, & bonum, qd est  
objectum eius, sicut visibilis est objectum vñis, ope-  
rat quod illud, qd agit in voluntate, habeat enim  
rōnem finis: quia non agit efficientis, nisi em quo  
imprimit in susceptibili formam eius. Secundum au-  
tem sententiam fidei ipse Deus immediate est finis  
humanae vitæ: eius. n. visione perfuentes beatitudi-  
nem, & ideo ipse solus imprimere potest in volunta-  
tem nostram. Oportet autem ordinem mobilium re-  
spondere ordinem mouentium: in ordine autem ad i-  
nē, quem prouidentia respicit, primum in nobis  
invenitur

invenitur voluntas, ad quam primo pertinet rō bo  
ni, & finis, & omnibus, quæ sunt in nobis vti, sicut  
instrumentis ad cōsecutionē finis, quāmuis in ali-

quo respectu intellectus voluntatē præcedat: propin  
quiū aut voluntati est intellectus, remotoria sunt  
corporales vires. & ideo ipse Deus, q̄ est simpliciter  
primus prouidens, imprimis solus in voluntatē no  
strā Angelus ait, qui eum sequitur in ordine cau  
ſarum, imprimis in intellectum nostrum, & m̄ quod  
per Angelos illuminatur, purgatur & perfici  
tur: sed cœlestia corpora, q̄ sunt inferiora agēta,  
imprimere possunt in vires sensibiles, & alias organ  
is affixas. Secundum vero, qd̄ motus vnius poten  
tia aīe redundat in aliā, contingit, qd̄ impressio cor  
poris cœlestis redundat in intellectum, quasi p  
ac  
cidenſ, & vterius in voluntatē, & similiiter impressio  
Angeli in intellectum redundat in voluntatē per ac  
cidenſ: sed tamē quām ad hoc diversa est disposi  
tio intellectus, & voluntatis ad vires sensibiles. intel  
lectus n̄ naturaliter mouet a sensitua apprehen  
ſia motu, per modū quo obiectum mouet potē  
tia phantasma se habet ad intellectum, sicut col  
or ad visum, vt d̄ in 3. de anima. & ideo perturba  
tia sensitiva interiori de necessitate perturbat in  
tellectus, sicut videmus, qd̄ laſo organo phantasias  
de necessitate impedit actionem intellectus, & fm hūc  
modum redūdere pōt in intellectum actionem, vel im  
pressio corporis cœlestis, quasi per viam necessita  
tis, per accidenſ tamē, sicut in corpora pereſ: & di  
co necſario, n̄ sit contraria dispositio ex parte  
mobilis, sicut appetitus sensitivus non est naturaliter  
motiu voluntatis: sed ecōuerso, qd̄ appetitus  
superior mouet inferiorē appetitum, sicut sphera  
sphera, vt d̄ in 3. de anima, & quātum cūq; appeti  
tus inferior perturbetur per aliquam passionē ira,  
vel ūcupiſētia, non oportet quod voluntas per  
turbetur, immo habet potentia repellendi hmoi p  
turbationē, vt dicitur Gene. 4. sub te erit appetitus  
eius, & tu dominaberis illius. & ideo ex corporibus  
cœlestibus non inducirat aliqua necessitas, nec ex  
parte recipientium, nec ex parte agentiū, in actibus  
humanis: sed inclinatio fela, qd̄ etiā voluntas re  
pellere potest per virtutem acquisitā, vel infusam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dama dicit  
de dispositionibus, & habitibus corporalibus.

A D SECUNDUM ergo dicendum, quod sicut ex  
dictis patet, anima quantum ad actus voluntatis  
non de necessitate sequitur corporis dispositionē:  
sed ex corporis complexione est inclinatio tantū  
ad ea, quā voluntatis sunt.

AD TERTIUM dicendū, qd̄ illa recte procede  
ret, si corpus cœleste posset imprimere per se in ani  
ma: impressio autem corporis cœlestis nō per  
nit ad anima essentia, nisi per accidenſ. Nil per cor  
poris unionē, cuius ipsa est actus, voluntas autē nō  
oritur ex essentia anima secundum, quod est cor  
pori coniuncta, & ideo ratio non sequitur.

AD QUARTVM dicendum, qd̄ instrumentū spiri  
tualis agentis nō agit p virtutē spiritualem, nisi ex  
hoc quod agit per virtutem corporalem, & m̄ autē  
virtutem corporalem corpus cœleste non potest  
agere, nisi in corpus. & ideo etiā actio, qua est fm  
virtutem spiritualem, non potest pertingere ad ani  
mam, nisi per accidenſ. Corpore mediante: sed in  
corpo vtoq; modo actio eius puenit, ex virtute  
n̄ corporali mouet qualitates elemētares, s. calidū,  
& humidum, & huiusmodi: sed ex virtute spirituali

A mouet ad speciem, & ad effectus consequentes ro  
tam speciem, qui non possunt in qualitates elemen  
tares reduci.

AD QUINTVM dicendum, quod aliquis effectus  
est a corporibus cœlestibus in iſis corporibus, qui  
non caufatur ex calido & frigido: sicut quod mag  
nes attrahit ferum, & per hunc modum aliqua  
dispositio in corpore humano relinquitur a cor  
pore cœlesti, ex quo contingit vt anima ei coniun  
cta inclinetur ad hoc, vel illud artificium.

AD SEXTVM dicendum, quod verbum Isaac si  
oporet ſaluari cest intelligendum secundum incli  
nationem tantum, modo prædicto.

AD SEPTIMVM dicendum, quod multitudo, vt  
in pluribus sequitur inclinationes naturales, inquā  
tum homines multitudinis acquiescent passioni  
bus: sed sapientes ratione supererant passiones &  
inclinationes prædictas. & ideo magis est probabile  
de aliqua multitudine quod operetur id, ad quod  
inclinat corpus cœleſtē quam de uno homine sin  
gulari, qui forte per rationem supererat inclinatio  
nem prædictam, & simile eret si vna multitudine ho  
minum colericorum poneretur, non de facili con  
tingeret quin ad iracundiam moueretur: quāmuis  
de uno posset magis accidere.

### QVÆSTIO VI.

#### De prædestinatione.

In sex articulos diuīſa.

¶ Primō enim queritur, Vtrum prædestinatio ad  
scientiam vel voluntatem spectet.

¶ Secundō, Vtrum præficiens meritorum sit cau  
ſa prædestinationis.

¶ Tertiō, Vtrum prædestinatio certitudinē habeat.

¶ Quartō, Vtrum prædestinatorum numerus sit

certus.

¶ Quintō, Vtrum prædestinatis certa sit sua præ  
destinatio.

¶ Sextō, Vtrum prædestinatio iuuari valeat preci  
bus sanctorum.

#### ARTICULUS PRIMVS.

Vtrum prædestinatio ad scientiam, vel voluntatem spectet.

**Q** uo dicitur, Vtrum est de prædestinatione. Et 1. p. q. 23. art.  
primo queritur, vtrum prædestinatio per  
tineat ad scientiam vel ad voluntatem. &  
videtur quod ad voluntatem sicut ad ge  
nus, quia vt dicit Aug. in lib. de prædestinatione fan  
dorum, prædestinatio est propositum misericordi:  
sed propositum est voluntatis ergo & prædestinatio.

¶ 2 Præ. Prædestinatio videtur idem esse cum ele  
ctione aeterna, de qua dicitur Ephesi. Elegit nos in  
ipso &c. quia iudicem di currit electi & prædestinati:

¶ 3 Sed dicendum quod electio prædestinatio  
magis est appetitus quam intellectus. ergo & prædesti  
natio non potest ad scientiam quam ad voluntatem per  
tinere.

¶ 4 Præ. Si prædestinatio ad scientiam pertineret,

idem videretur esse prædestinatio quod præscien  
tia, & sic quinque præscirent salutem alii, præ  
destinaret illum: sed hoc est falsum. Prophetae

enim